



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses**

In Qvibvs Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici  
hodie (maximè Caluinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent,  
vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

**Stapleton, Thomas**

**Lvgdvni, 1595**

7. Progenies viperarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39463**

ram Christi Ecclesiam aliquid valeret. Tametsi enim Phari-  
sæi & Sadducæi hoc temere fecissent, non propterea veri Ec-  
clesiarum magistri veram sibi Ecclesiam venditare non de-  
bent. Cœcus hæreticus non videt tam contra sectam suam  
aut aliam quamlibet hoc argumentum valere, quam contra  
veram Catholicam Ecclesiam. Sed veræ Ecclesiæ refutandæ  
audius, quid contra sectam suam perinde valeret, non aduer-  
tit. Desperans Caluinus de sua secta, quod pro vera Ecclesiæ  
vñquam haberetur, audacter ea disputat quæ veræ Ecclesiæ  
authoritatem quoquo modo labefactant. Ceterum quum  
Phariseos acriter taxasset, Ioannes, ne id ægrius ferrent, mó-  
net, ne quod de genere Abrahæ essent, quod Deus sibi in pè-  
culium adoptauerat; gloriarentur quasi hoc ad salutem sà-  
tis esset, qui non sequeretur fidem Abrahæ, nec facherent opé-  
ra Abrahæ. Nam tametsi illi omnes Abrahæ fidem & pieta-  
tem deserenter, potest tamen Deus suscitare etiam ex lapidi-  
bus terræ nouos filios, nouum semen, nouum pòpulum fide-  
lem ipsi Abrahæ, id est; qui semen Abrahæ vocari possent  
propter fidem & opera Abrahæ quæ imitarentur.

Verum eolum vero contra hæreticorum imputatiuam iusti-  
tiā valet insigniter hic locus. Dicunt hæretici homines ex  
fæse impios iustificari & pro iustis à Deo approbari quatenus  
per fidem in Christo sunt, qua Christi iustitiam illis im-  
putatam apprehendunt. Hoc est enim iustificare impiūm, vñ  
ad Rom. 4. exponit Beza. Contra hos metiro dicitur, Nolite  
dicere, mediatorē habemus Christum, sed si Christi estis,  
opera Christi facite, mandata eius seruate. nec sola fidē in  
Christum correnti estote. Sic enim isti Pharisei si Iem Abrahæ  
tenebant eundem Deum colebant, eadem Circuncisione <sup>imputati-  
ua iustitia</sup> vtebantur, eundem Messiam Abrahæ repromissum expæcta-  
bant: & quia in eodem fœdere cum Abraham erant, certò sibi  
salutem promittabant. Sed Ioannes contra hanc inanem fi-  
duciam monet, ne de parte Abraham gloriaretur, sed eius quo-  
que obedientiam & bona opera imitarentur. Ideo subiunxit:  
*Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur, & in igne  
mittetur.* Eodē modo Christus postea eisdē de Patre Abrahā  
gloriantibus dixit. *Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.* Sic  
contra Caluinū maximè eiisque sectatores hic locus valet.

#### 7. Progenies viperarum.

**S**ectas hypocriticas & populi seductores acerrime trahant:  
quos ita vocat, vel quia sicut viperæ de vita sua periclitant-

Seducto- tur nisi ad aquam protinus accurrat, ubi veneno suo aliquem  
res populi laeserint, sic illi de aeterna salute periclitarentur nisi post noxia  
viperu cō- venena & pessimæ doctrinæ fermenta in populum effusa ac  
parati. immixta, ad baptismum Ioannis non accurrerent; vel quia si-  
cuit viperæ pellem habet variegatam & eleganter pictam, in-  
tus verò tota venenata est: sic isti Pharisæi & Sadducæi foris  
erat parientes dealbati, sed intus quasi sepulchra fœtida, & va-  
riis sceleribus pleni, quales seductores hæretici esse solent:  
Cap. 2. 3. vel denique quia patricidium in illis notat, quod omnes iu-  
stos persequerentur; quod aperte illis Christus postea obie-  
cit, sicuti viperæ per viriusque parentis necem frequenter in  
lucem prodit. Mas enim a femella per coitum occiditur,  
dum hæc illius caput in os eius insertum abrodit, paruuli  
autem quum nascuntur, matris ventrem aliquando perium-  
punt, eamq; occidunt. Tales sunt omnes hæretici & seducto-  
res, qui Ecclesiam matrem lacerant, ut inde excent, qui prius in  
Ecclesia acerrimè persequuntur, qui certissimè percunt nisi  
ad aquam penitentia quam Iohannes prædicauit, tempestiuè  
se recipiant. Progenies quoque viperarum ab inuidiæ sibilis  
(qua maximè laborabant Pharisæi) vocari poterant, ut censem  
Serm. 1. Angustinus: vel etiam quia pessimorum parentum pessimi  
Dom. 2. essent filii, inuidia & calliditate pleni, ut exponit Gregorius  
Quadrag. homilia 20. in Euangelia, & Hieronymus ad Isa. cap. 30.  
& ad Matth. cap. 23. quod eam in hæreticos seductores  
aptissimè quadrat: qui astutia & nequitia in errorem cir-  
cumueniunt.

## IN MATTHÆI CAP. IIII.

2. Et quem ieunasset 40. diebus & 40. noctibus,  
postea esuriit.

*Caluini  
scopus in  
Scriptura  
exponen-  
dis.*

VVM id Caluino Scripturas omnes Euangelicas  
& Apostolicas suis corruptissimis commentariis,  
seu commentis potius, non tam explicanti quam  
studio depravanti, propositum fuisset, ut quavis  
data occasione Catholicæ Ecclesiæ seu dogmata ac fidē, seu  
praxim & cultum carperet & impugnaret, hoc quoque in  
loco, quia ieunium quadragesimale toto orbe Christiano  
religiose obseruari cernebat, partim sanè alias ob causas  
(quas impostor altè dissimulat) partim etiā ad imitationem  
Christi Redemptoris nostri qui totidem diebus ieunauit,  
Caluinus